coronatus manu dextra ellevata volvendo se dicit: 'Omnia que videmus nostra sunt et ad mandata nostra veniant.' Tunc senator urbis cum populo romano dicit se exemptum et in nullo sibi debere obedire, et ita servatur. Ex his omnibus patet, quod totum[6]) ius imperatoris dependet ex[d]) papa sive de modo elligendi sive de iure administrandi sive de quacumque alia[e]) re pertinente ad dignitatem imperii, quod totum ipse[f]) recipit sub iureiurando sicut fidelis ecclexie sub tytulo feudi[6]).

---

[d]) a O [e]) alia quacumque *tr. A* [f]) *om.* O

[6]) totum — feudi *vgl. Tholomeus von Lucca, DC 60, 5—11.*